

150

*Exemplum**Johanni Baptiste Spinello comiti Cariati.*

Ex omnibus iis qui in familiaritate nostra sunt, quique jam inde a primis temporibus quibus cardinali-
lem gerebamus necessitudinis nostræ sequendæ sese dediderunt, nemo est a quo aut plura, aut maiora officia in nos domumque nostram extiterint, quam quæ a venerabili fratre nostro episcopo Pergamensi prælato nostro domestico profecta sunt; neque autem ea fuerunt aut vulgaria, aut obscura. Sed quæ optimum animum singularemque hominis virtutem ostenderent et declararent omnibus autem propter nostrorum temporum difficultates, ita nota, ut iam non testimonio et prædicatione nostra, sed remunerazione potius et gratitudine quam tum in dies maiores præstare laboramus, indigere videntur. Præter enim quam, quod is amavit nos et observavit spectantibus ea fide et cultu qui maximus et singularis esse potuit, quod omnino per se plurimi faciendum fuit omnibus temporibus et rebus nostris quæ quidem vanæ, turbulentæ et difficiles acciderunt et animo et voluntate et cogitatione et rebus fortunis que quibuscumque adiuvare casus nostros potuit, nobis spectantibus præsto fuit. Quæ nos omnia, non solum cum benivolentia et charitate memoria tenemus, sed quo pacto eum ex meritis ornare, beneficiis et honoribus possimus non negligenter cogitemus, quamquam præter supradictas rationes et causas quibus idem noster episcopus sibi nos mirabiliter devixit ingenio. Præterea, conditione, literis, probitate, alijs animi ornamentis ita prædictus est, ea propter etiam hominem paterna nostra charitate prosequamur ampliusque et honestum cipiamus. Cum itaque, non sine animi nostri molestia, intelligamus illius ecclesiæ et fortunis quas tum Pergami, tum etiam in Pergamense habet periculum inimicitiae, ad nostrum officium tamquam in illam oblligationem pertinere nobis visum est, ipsius quietem, securitatem, indemnitatem quantum in nobis est, quemadmodum antea semper fecimus, procurare. Quanobrem, devotionem tuam hortamur in Domino atque enixe requirimus, ut quod ad ipsum nostrum episcopum spectat, cures provideasque diligentissime, ut si qua forte isti depredationem, depopulationem aut aliam jacturam a militibus aut Cesareæ Majestatis ministris exoriri contigerit, idem episcopus liber indemnisque et sincerus ab omni injuria conservetur, nullaque neque ipse, neque ipsius

colonis, procuratoribus et bonis ad ecclesiam Pergamensem spectantibus calamitas, detrimentum ne inferretur, existimesque nos de quiete, commodo et rebus ejusdem nostri episcopi ita elaborare, ut si esset vel dilecti filii Julii Sanctæ Mariæ in Dominica diaconi cardinalis de Medicis secundum carnem patruelis nostri, vel nostræ propriæ esset, magis elaborare non possemus. Tua itaque devotio, tum hanc nostram voluntatem respicere, tum etiam illud considerare debebis, cum ipsum episcopum jam per triginta annos in hac curia fuisse, ut jam non venetus amplius sed romanus potius haberi possit; quod etiam prodesse illi apud te debet ad indemnitatem suam conservandam. Nos quidem probe scimus esse te istic summa auctoritate eundemque optimam in nos voluntatem habere non dubitamus; sed cupimus hoc potissimum tempore in conservandis episcopi fortunis id nobis aliquanto testavimus factis, si enim, quod nollemus, aliquam invectam illi perturbationem ab iis a quibus minime opporteret cogeremur, ea de causa non vulgariter commoveri intelligeremus. Sed tu, ut speramus, omni ex virtute tua namque justissima postulatione providebis, indemnitatique episcopi opportune consules. Id si feceris erit nobis quam gratissimum.

Datum Romæ, die XXX Mai 1515, anno tertio.

PETRUS BEMBUS.

*A dì 3, la matina, vene letere di França, 151
di sier Marco Dandolo dotor et cavalier, ora-
tor nostro, di 15, da Monte Grotolo, et 19 da
Bles, portate per uno Agustin homo di quel Co-
stanto secretario di missier Zuan Jacomo Triulzi è
a Lion, et fo lecta, quella di 19 non era in zifra, in
Colegio. Come il Re era fuora a la caza et piazeri e
tutavia si atendeva a la impresa, zoè pagar zente et
aviarle a la volta di Lion. Et li thesorieri sono anda-
ti in Zampagna e Bergogna per pagar i lanzinech, di
quali ne haverà 20 milia, ita che da la matina fino
la sera non si fa altro che questo effecto. È certissi-
mo Soa Maestà sarà presto in Italia per il mexe di
Zugno. Conclusive, non atende ad altro che a que-
sta impresa; verà con 3000 lanze, 2000 cavali lizieri,
da 30 in 40 milia fanti, e il numero zà dito di artel-
larie, e vol venir in persona etc. Item scrive, havia
recevuto le letere dil Senato, et dil mandar uno di
loro in Borgogna; unde ha expedito la dita com-
mission a domino Petro Pasqualigo, qual dia ritornar
di Ingaltera, el qual è in camino e potrà far questo
oficio di andar in Borgogna e lui resterà con il Re,*

150